

810. 1285 d. 5 Aug.

Upsala.

Upsala Dom-Capitels intyg öfver förbemäldte tillkännagifvande.

B. 3: 50.

Omnibus presentes litteras auditoris Capitulum vpsalense salutem in domino; Notum vobis facimus quod in nostra presencia constitutus vir dominus M. dei gracia noster electus vpsalensis. confirmatus. protestatus est coram nobis in hunc modum *Se föregående N:o 809.* Nos igitur capitulum vpsalense quia predictis protestacionibus et renunciacionibus interfuimus et consensimus ad evidenciam pleniorum presentibus sigillum nostrum duximus apponendum. Actum et datum anno domini MCC LXXX quinto. Non. Augusti.

811. 1285 d. 23 Aug.

Sundby.

Konung MAGNUS Is Bref rörande Berga i Wårdinge till BENGT PETERSSONS Fru INGEBORG med stadfästelse på utbytet af denna gård mot hennes i morgongåfva af NILS MICHAELSSON erhållna gård Stensäter.

A. 6. a. 1: 33.

Uniuersis christi fidelibus presentes litteras inspecturis. Magnus dei gracia sweorum Gotorumque Rex. Salutem in domino Jhesu christo. Tenore presencium tam presentibus, quam futuris liquido declaramus quod nos Mansionem Bærhær in Warthunge cum agris, pratis, siluis, piscacionibus, molendinis, & coloniis & omnibus attinenciis mobilibus & immobilibus. supradicte mansioni attinentibus prout in presenciarum sunt Domine Ingiburgi vxori benedicti pætærs sun Regie lenitatis clemencia, auctoritate presencium assignamus ac suis heredibus in perpetuum iure proprietatis possidendam. commutationem memorate mansionis pro mansione, stenæsætýr eidem. J. ex parte domini Nýcholai quondam Mýchiæls sun. pro donacione propter nupcias wlgariter Mohrhons Giæf sibi assignata per ipsum. N. tunc maritum suum de consensu propinquorum suorum factam ratificantes & auctoritate regia confirmantes, transferendo in ipsum & heredes suos proprietatem & possessionem supradicte mansionis, & attinenciarum ipsius, & dando ei plenam facultatem dicta bona possidendi, regendi, commutandi, vendendi, ac prout sibi & suis heredibus visum fuerit ordinandi. ffirmatores huius contractus & ordinacionis nostre secundum leges & consuetudines Suthirmanie Wlgariter fætær exstiterint. Domini Haquinus Marskalkus Tunæ sun. Karulus. æstrithæ sun. Johannes Ingiwals sun. Røricus algoti. Philippus de Runbý. Nýcholaus Ingemundæ sun. Petrus Ragwaldæ sun. arnulfus de Møribý. Dan Joons sun. Jtem Thørgillus Knuzs sun. Býrgerus pætærs sun. Phillippus Ingiwals sun. Ericus østens sun. Bero Legifer. cum multis aliis. In cuius rei

*Su, Diplom.*

testimonium presentes sigillo nostro vna cum sigillis predilecti fratris nostri domicelli Benedicti Ducis finlandie & venerabilium patrum dominorum. M. vpsalensis archiepiscopi. A. strengnensis. & P. arosiensis. Episcoporum. ac Fidelium de consilio nostro militum nostrorum. Dominorum M. Dapiferi nostri. Ha. Marskalki nostri. Karuli æstrithæ sun. Anundi Harals sun. & Ný-cholai Jngimundæ sun. fecimus communiri. Datum Sundbý anno domini M°.CC°.LXXX°. quinto. X kal. septembris.

Sigillen N:o 1, 2, 5, 8, 9, 10 saknas; af de öfrige 4 äro blott stycken qvar på grönt silke.

812.

1285 d. 23 Aug.

Testamente af Decanus i Lund på fastigheter och lösören till andeliga inrättningar m. m.

B. 1: 224.

*Super bonis in bielthorp. que habet decanus.*

IN nomine patris et filii et spiritus sancti Amen. Vniuersis presentes litteras inspecturis .B. decanus lundensis in domino salutem. Nouerit vniuersitas vestra quod ego licet eger corpore sanus tamen mente. volens ad maiorem certitudinem et cautelam meam voluntatem vltimam declarare. presens scriptum meum volo esse testamentum In primis igitur in remedium anime mee et salutem lego de bonis et rebus mihi a deo concessis. terram quam habeo in bialthorp. instructam cum XIII. marcis denariorum ecclesie lundensi. jta quod fructus inde annuatim prouenientes. taliter distribuuntur. videlicet fabrice dicte ecclesie dimidia marca Canonicis autem et vicariis qui vigiliis et missis animarum in anniuersario meo interfuerint. dimidia marca. ad offerendum. due ore et pauperibus scholaribus. II. ore Jtem ad recreationem canonicorum ibidem eodem die dimidia marca. predicatoribus etiam lundis II. ore et fratribus minoribus tantum. Decanus autem lundensis qui pro tempore fuerit quem dictorum bonorum volo esse procuratorem. residuum percipiat Jtem singulis. V. altaribus inferioribus lundensis ecclesie. lego II oras denariorum et presbiteris singulis ibidem tantum. beate marie magdalene in cripta. II. marcas. presbitero ibidem. II. oras denariorum. terre sancte pro redemptione crucis mee XII libras thuronensium nigrorum Ecclesie omnium sanctorum lundis. II. marcas denariorum Sanctimonialibus lundis II. marcas denariorum Cuidam moniali ibidem dicte ættæ. marcam denariorum ffratribus minoribus ibidem. bibliam meam. hospitali sancti spiritus dimidiam marcam. hospitali leprosorum dimidiam marcam. singulis ecclesiis parrochialibus lundis. II. oras. singulis presbiteris tantum Ecclesie stangby. II. marcas. vicario ibidem. marcam. Ecclesie hwitinge nørre. III:or marcas den. et omnes domus quas possideo in eius fundo. presbitero ibidem. sorcocium meum. ministro ecclesie ibidem. marcam Singulis ecclesiis in hartagre hæret II. oras